Et aduentum gloriae magni di.
Notandum quod in hac breui epis
tola dnm ihm bis dm appellet.
Nam et in epistola ad hebreos idem
apostolus ait. Ad filium autem
Thronus tuus ds in saeculum sae
culi. et unxit te ds ds tuus oleo ex
ultationis. et iohannes ait. In
principio erat uerbum. et uerbu
erat apud dm et ds erat uerbum.
et alia plurima de hoc sacrissimo
nomine inuenies testimonia. cui
us et aduentum gloriae expecta
mus. secundum promissionem
angelicam dicentis ad discipulos.
Uiri galilaei quid hic statis aspi
cientes in caelum. sic enim ueniet
quemadmodum uidistis eum eun
tem in caelum. Sed in illa gloria
expectatur. de qua ipse saluator
ait. Cum uenerit filius hominis
in gloria patris et scorum angelo
rum. Non quod di et angelorum
unam esse gloriam dicat. sed quia
tanta erit illic gloria patris in qua
filius hominis ad iudicium uen
turus est quae a solis angelis capi
possit. uel ab illis scis de quibus di
citur. qui erunt sicut angeli di.
De hoc aduentu gloriae di. et pe
trus apostolus ait. Inueniatur
in laudem et gloriam et reuelatio
nem ihu xpi. In laudem quando
dicturus est. uenite benedicti patris
mei percipite regnum. In gloria
qua tunc iusti fulgebunt ut sol.
In reuelatione ihu xpi. hoc est in
futuro iudicio.

Et saluatoris nri ihu xpi
Ihs nomen proprium est filii di
secundum carnem. ut gabrihel
archangelus beatae mariae ait.
Et uocabis nomen eius ihm. quod
latine saluator dicitur. eo quod
saluum facit populum suum a pec
catis eorum. Xps ab unctione
nomen accepit. Chrisma enim. unc
tio. xps unctus dicitur. sed spi
ritaliter. cui psalmista. propter
ea unxit te ds ds tuus oleo exulta
tionis.

Qui dedit semetipsum pro nobis.
Sic et alibi idem apostolus dicit.
Ambulate in dilectione. sicut et
xps dilexit nos. et tradidit semet
ipsum pro nobis.

Ut nos redimeret ab omni iniquita
te. et mundaret sibi populum
acceptabilem

CAS Redemit nos et liberauit ab om
ni iugo iniquitatis et infidelita
tis quo captiui tenebamur et mun
dauit per baptismum. ut sic om
nia originalia delicta et perpetra

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm22215_etc/0001